



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Sanctissimo Christi Iesu Dei Et Hominis Amore**

**Le Gaudier, Antoine**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Christus Deus & homo amandus est. quia id facilius, iucundius, vtiliusq[ue]  
nobis est. cap. 6.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50572](#)

hinc vitam quę in ipso erat ab  
æterno apud Patrem , vitam  
in quam gratiæ & gloriæ bona  
denique omnia hausisti.

C H R I S T V S D E V S E T H O M O  
amandus est, quia id facilius, iucun-  
dus utiliusque nobis  
est.

C A P V T VI

D ENIQUE hic nobis a-  
mor eo commendation  
esse debet, quo proniōri & fa-  
ciliōri cursu in obiectum a-  
deò nobis coniunctum, & fa-  
miliare fertur, eo efficacior  
quo pleniùs & potentiùs vi-  
res omnes nostras & superio-  
res & sensitivas, ob obiecti  
cognitionem & excellentiam  
tantam occupare potest, eò v-

B 3      tilior

tilior quo maiores fructus  
potest & solet in nobis produ-  
cere; talem enim esse nostrum  
amorem in Deum expedie-  
bat valde. Nec vero talis esse  
poterat, nisi Deus ipse fieret  
homo, & suam nobis bonita-  
tem quasi palpabilem exhi-  
beret ad amandum. Quare  
*Ioan. 7*  
*1 c. 4.* locū hīc habet quod dicebat  
Qui non diligit fratrem suū  
quem videt, Deum quem nō  
videt quomodo potest dilige-  
re? Qui enim Christum Do-  
minum fratrem nostrum a-  
mabilissimum, nostrique a-  
mantissimum quem videt,  
quem audit, quem tangit, nō  
diligit; quomodo poterit De-  
um diligere, & contra qui-

talem

talem fratrem diligit prout debet, quomodo Deum non diligit? Itaque hæc omnibus præsertim incipientibus tenenda via est, ut per Christū intrent, ipse enim est via, veritas & vita; via inquam vera & viuifica, ipse ostium est per quod si quis introierit salubitur & pascua inueniet, sed de fructibus huius amoris Christi Dei & hominis, postea agendum erit. Nunc paullò fusi us expendamus sanctissimæ Christi humanitatis do tes, ut quam iure ac merito noster in eum amor Dei Patris præcepto & exemplo exigatur intelligamus.